

<p><b>Alma nox</b>, tacita nox! Omnium silet vox. Sola Virgo nunc beatum ulnis fovet dulcem Natum. Pax Tibi, Puer, pax!</p> <p><b>Alma nox</b>, tacita nox! O Iesu, Tua vox amorem nobis explanat, nos redemptos esse clamat in Tuo natali.</p> <p><b>Alma nox</b>, tacita nox! Angelorum sonat vox: Alleluia! O surgite pastores, huc accurrite! Christus Deus adest.</p>	<p><b>Hodie Bethlehem</b>, hodie Bethlehem Gaudio personat. Maria Virgo, Maria Virgo Mundo natum donat. Christus est natus, homo levatus, Angeli cantant, reges salutant Pastoresque orant, pecora adorant, Mira, mira nuntiantur.</p> <p><b>Maria Virgo</b>, Maria Virgo Natum amplexatur Et Ioseph Sanctus, et Ioseph Sanctus Illum admiratur. Christus est natus, homo levatus, Angeli cantant, reges salutant Pastoresque orant, pecora adorant, Mira, mira nuntiantur.</p>	<p><b>Silentio noctis</b> sonus spargitur: “Pastores state! Deus nascitur! Iter cito praeparate, Ad Bethlehem properate Cum muneribus.”</p> <p><b>Inventus Infans</b> in praesepio Secundum signa dat(a) ab angelo. Deum nat(um) adoravere Salutando clamavere Pleni gaudio:</p> <p><b>“Redemptor salve</b>, diu cupite, Tot longos annos desiderate! Te prophetae atque reges Exspectabant, at te praebes Nobis omnibus.”</p>	<p><b>Deus paret</b>, vis vilescit Caeli Rex est denundatus. Ignis tepet, lux tabescit, Limens scit Illimitatus. Princeps gloriae humiliatus, Immortalem mors domavit. Dei Verbum Caro factum Et in nobis habitavit.</p> <p><b>Neque, caelum</b>, terram vincis Deus tua bon(a) abiecit, Intra plebem suam venit, Eius sortem suam fecit. Multa est pro nobis passus, Culpa nostra haec patravit. Dei Verbum Caro factum Et in nobis habitavit.</p>	<p><b>Parvulus ecce Iesus</b>, In equili qui iacet In frigore, inter fletus. Quam dat vestem mater?</p> <p><b>Misera quae erat</b>, Natum rica velat Et in foeno in praesaepi Sensim Eum tegit.</p> <p><b>Desunt Tibi cunae</b> pallium, capitale, sed praesaepi hoc impune Matris cura vales.</p>
<p><b>Angelus pastoribus</b> <b>Dicit:</b> "Natus omnibus Puer est in Bethlehem Iudaeae In paupertate natus Imperator mundi."</p> <p><b>Tum edoct(i)</b> ab angelo, Leati laeto nuntio Bethlehem cito properaverunt, Infantem invenerunt, Ioseph et Mariam.</p> <p><b>Magnae gloriae Dominus</b> Sese subdit omnibus. Regiam non habuit pretiosam Ipsi aedificatam Omnium Plasmator.</p>	<p><b>Nascitur cum Christus</b> et mundo apparet, Caeca nox fulgore radiante claret. Angeli in caelis visi Cantant hymnum paradisi: <i>“Gloria, gloria, gloria In excelsis Deo.”</i> (bis)</p> <p><b>Pavidos pastores</b> angeli hortantur, Bethlehem quam primum ut proficiscantur: Natus enim est Salvator, Mundi machine Creator. <i>Gloria, gloria, gloria In excelsis Deo.</i> (bis)</p> <p><b>Spiritus caelestes</b> caelique legati, Quidnam faciamus, nobis revelate. Imperiti nil pollemus, Metu capti vix vigemus. <i>Gloria, gloria, gloria In excelsis Deo.</i> (bis)</p>	<p><b>Cunis iacet</b>, quis non curret Convocare Puero, Iesu Christo Salvatori Nobis hodie genito? <i>O pastores, properate, Ei grate concantate sicut nostro Domino!</i></p> <p><b>Nos cantantes cantilenas</b> post vos festinabimus. Redemptorem mundo natum omnes sic videbimus. <i>Hic egene procreatus flet in cunnis colligatus. Flentem consolabimur.</i></p>	<p><b>Accurrerunt in Bethlehem</b> pastores Puero lyra canentes gratiose <i>Summa in caelis gloria, Summa in caelis gloria, Pax autem in terris.</i> (bis)</p> <p><b>Salutabant verecunde</b>, aperte Tibi, Deo, Tibi, pleno e corde. <i>Summa in caelis gloria, Summa in caelis gloria, Pax autem in terris.</i> (bis)</p> <p>Dominum angelus ipse nuntiavit Nullus pastor id audivit, dum vivit. <i>Summa in caelis gloria, Summa in caelis gloria, Pax autem in terris.</i> (bis)</p>	

<p><b>Dormi iam, mi Iesu,</b> mea gemmula, Dormite, amata mea oscula. Dormi iam mi Iesu, dormi suaviter Et in Illum flentem permulce, Mater</p>	<p><b>Ad stabulum, pastores,</b> nam hic miraculum: Filius Dei iacet, ut salvet populum. Cantate, cives caeli, Pastores, canite! Regesque, adorate Dormientem colite!</p>	<p><b>O stella de Bethleem,</b> in caelo radias, Sic quaero te per noctem , tu mihi luceas! In stabulum me adducas, quo Dei Filius Rex, De Virgine homo natus, pro peccatoribus.</p> <p>In stabulo Filius adest, in cunis positus. Quo, Christe contendemus, ub(i) es absconditus? Pergemus ante altare amorem alere Te, Christe, adorare amoris munere.</p>	<p><b>Triumph Regis in excelsis</b> Venerunt caelis de immensis. Suscitarunt pastores, Gregis sui custodes Cantantes, cantantes, cantantes. <b>Gloria Deo</b> in excelsis! Pax omni homini in terris! Natus est enim Salvator, Animarum Redemptor Hodie, hodie, hodie!</p>	<p><b>Fratres, en, spectate!</b> Ignis ardet caelo! Certe mirum quoddam Fit sub eius velo! Relinquamus nostrum gregem Deum habeat custodem Et nos in Bethlehem! Fratres, num videtis Stellam coruscentem? Ad colendum natum Deum properantem? Gressu laeto confidenti, Accedamus huic iacenti Nostro Salvatori!</p>
<p><b>1. Adeste Fideles</b> laeti triumphantes, Veníte, veníte in Bethlehem. Natum vidéte, Regem Angelorum. <i>Veníte adoremus, Veníte adoremus</i> <i>Veníte adoremus Dóminum</i></p> <p><b>2.</b> Deum de Deo, lumen de lúmine, gestant puellae viscera. Deum verum, genitum non factum. <i>Veníte adoremus, Veníte adoremus</i> <i>Veníte adoremus Dóminum</i></p> <p><b>3.</b> Cantet nunc <i>Io</i> chorus Angelórum cantet nunc aula caelestium, Gloria in excelsis Deo: <i>Veníte adoremus, Veníte adoremus</i> <i>Veníte adoremus Dóminum</i></p> <p><b>4.</b> Ergo qui natus, die hodierna Jesu, tibi sit glória Patris aeterni Verbum caro factum: <i>Veníte adoremus, Veníte adoremus</i> <i>Veníte adoremus Dóminum</i></p>	<p><b><i>Gaudete, gaudete!</i></b> <i>Christus est natus</i> <i>Ex Maria virgine, gaudete!</i> 1. Tempus adest gratiae, Hoc quod optabamus, Carmina lætitiæ Devote reddamus. <i>Gaudete, gaudete!</i> <i>Christus est natus</i> <i>Ex Maria virgine, gaudete!</i> 2. Deus homo factus est Natura mirante, Mundus renovatus est A Christo regnante. <i>Gaudete, gaudete!</i> <i>Christus est natus</i> <i>Ex Maria virgine, gaudete!</i> 3. Ezechielis porta Clausa pertransitur, Unde lux est orta Salus invenitur. <i>Gaudete, gaudete!</i> <i>Christus est natus</i> <i>Ex Maria virgine, gaudete!</i> 4. Ergo nostra cantio, Psallat iam in lustro; Benedicat Domino: Salus Regi nostro. <i>Gaudete, gaudete!</i> <i>Christus est natus</i> <i>Ex Maria virgine, gaudete!</i></p>	<p><b>Misellum, silens stabulum vile</b> Gloria caeli plenum. En dormientem in te videmus Infantum serenum.</p> <p>Angeli super te constiterunt, Adorant inclinati, Com(a) aurescentes, alis fulgentes, Iride colorati.</p> <p>Ecce egentes gregem pascentes Salutant Redemptorem, Spe inspirati, salute freti Adorant Salvatorem.</p> <p>Eia, plebei, hospites Dei, Iam finis orbitati, Se ipsum donat, in caelis gloriae Pax bene voluntati.</p>	<p><b>Ad praesepe properemus,</b> Iesum, Virginem laudemus! Salutemus Salvatorem Et Mariam, eius Matrem!</p> <p>Salve, Iesu adamate, Patriarchis expectate, A Prophetis praenuntiate, Populis desiderate!</p> <p>Salve in praesepe site, Confitemur Deum in Te, Qui hac nocte nobis natus, Uti homo sit salvatus.</p> <p>Salve Iesu huc apprensus, Salve, tuo Patre nascens, Et hac nocte homo natus, Ex Maria procreatus.</p>	